



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

X. De chorepiscopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO
 CHRISTI
 341.

nuit Canonem, nisi hæc tantum quæ vniuscuiusque
 ecclesiæ per suam diœcesim cõpetunt. Vnumquem-
 que enim episcopum oportet habere suæ diœcesis
 potestatem, ad hanc gubernandam secundum com-
 petentem sibi reuerentiam, ad prouidendum om-
 ni regioni, quæ sub ipsius est ciuitate, ita vt etiam
 ordinare ei presbyteros & diaconos probabili iu-
 dicio liceat, & de singulis illius regionis causis cum
 moderatione & pondere disceptare. Ultra autem
 nihil agere permittitur citra metropolitani episco-
 pi conscientiam, nec metropolitanus sine cetero-
 rum aliquid gerat consilio sacerdotum.

X.

Qui in villis & vicis constituti sunt chorepisco-
 pi, tametsi manus impositionem ab episcopis susce-
 perunt, & vt episcopi sunt consecrati, tamen pla-
 cuit sanctæ Synodo scire eos oportere modum
 proprium retinere, & gubernare adiacentes eccle-
 sias sibi commissas, & esse contentos propria soli-
 tudine & gubernatione, quam susceperunt. Con-
 stituere autem his permittitur lectores, & subdia-
 conos atque exorcistas, quibus sufficiat istorum
 tantum graduum licentiam accepisse. Non autem
 presbyterum, non diaconum audeant ordinare,
 præter conscientiam episcopi ciuitatis vel ecclesiæ,
 cui adiacens inuenitur seu ipse, seu regio in qua
 præesse dignoscitur. Quod si quis præuaricari au-
 sus fuerit constituta, deponi eum, & dignitate qua
 præditus est debere priuari. Chorepiscopus au-
 tem ab episcopo ciuitatis, vel loci, cui idem adia-
 cet, ordinandus est.